

3193

LITURGICI

3194

Guilelmo. 1582. *ich boff zu got. Madalena. Praecedentis Soror Parthenonem Halenfem ingreffa. 1595. Deus fortitudo mea. Sigismundus. Videlicet Bathorius Tranfilv. 1595. W. G. W. Maria Christierna. Caroli Styriaci Filia a praecedente Sponfo remiffa. 1598. F. E. R. T. Aeternumque fedebit. C. Emanuel. Dux videlicet Sabaudiae. 16. C. 08. In Gott boffe ich Maria Magdalena. Filia Caroli Styriaci, nupta fequenti. 1608. Non iuuat ex facili. Don Cosmo Medici Principe di Toſca. Nitida manu.*

DCCCCLV.

869 Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Folior. 131. 12. ita typos simulans, ut vel expertum oculum fufpenfum teneat, infcribitur: *Schatzküſtlein Köſtlicher Seelen-Zierden*, complectiturque *Parte* priore Preces matutinas, ad Miſſae Sacrificium, Sententiasque Biblicas de Praeſentia et Beneficiis Dei, de Paſſione Chriſti, de quatuor Homini Extremis, de praecipuis Virtutibus; *Parte* vero altera Pietatis Exercitia ad rite frequentanda Poenitentiae et Euchariſtiae Sacramenta. Collegit haec et ita artificioſe pro Gentis ſuae genio deſcripſit Sacerdos Oe-

nipontanus *Martinus Berchtold*; ita enim ad calcem Tituli legitur: *Gefamlet, vnd alfo geſchriben durch Martin Berchtold Prieſtern von Ynsprugg. 1665.*

DCCCCLVI.

Codex chartaceus germ. Sec. 861 XVII. Folior. 95. 12. Precatorius eſt continens VII. *Pſalmos* dictos de *Poenitentia* ſubjuncta ad ſingulos *Oratione*, et addito *Pſalmo* 8. qui eſt XC. Accedit pium *Exercitium de VII. Verbis Domini in Cruce*, cum aliis, praecipue mane et veſperi, opportunis. Finem faciunt ſelecti ex omnibus *Pſalmis* Verſiculi in mortis articulo uſurpandi.

DCCCCLVII.

Codex chartaceus dialecto 840 Germ. infer. Sec. XV. Folior. 144. 8. probe ſcriptus et rubricis inſignitus, cujus olim Domina ita praenotatur: *Dyt boeck hort Methen vam bolte*, precatorius eſt. Praemittur Modus adſiſtendi Miſſae, hoc initio: *Welk mynſche begherde eyne miſſen to boren &c.* Sequitur *Pſalterium* B. V. Mariae prolixis Vitae Chriſti meditationibus interſtinctum praevio Hymno, qui incipit:

*Dyt ifs de guldene roſenkrans
Marien der Juncfrouwen.
De den wil leſen dachlick gans
Mach gade ewich ſchouwen &c.*

3195

C O D I C E S

3196

In longa ad *Psalterii* calcem Rubrica mentio fit Veniae Noxarum a *Sixto* IV. Pont. Rom. indultae, unde *Codicis* aetas colligitur. Suc-

cedunt pia Exercitia de Doloribus et Gaudiis B. V. *Mariae*, gravisque sub finem admonitio:

*Dyt bock bort Metben vam bolte.
De dat vint de do dat wedder,
Edder de duuel vorbrent em dat ledder.
Hoet Dy!*

DCCCCLVIII.

- 960 Codex membranaceus gall. Sec. XV. Folior. 43. 4. luculente scriptus, literis initiorum et marginibus auro et coloribus illustratis, tresque exhibens Icones elegantis penicilli, paratus, ut videtur, in usum nobilis cujusdam Puellae, quae in prima Icone Deiparae sedenti fleat genua, variis Precibus piis constat, quae sunt: *Les XV. Joies de nostre Dame, les V. Plaies de nostre seigneur*, et aliae, quarum pars rhythmica.

DCCCCLIX.

- 305 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 262. f. corrente calamo partim lineis longis, partim per 2. columnas exaratus, olimque ad *Canonicos Regulares prope Nuffyam* (Novesium, Neus ad Rhenum) pertinens sequentia continet: I. *Callisti III.* Pont. Max. *Bullam* de institutione seu institutione Festi *Transfigurationis Domini*, quae incipit: *Inter Diuine dispositionis Archana* &c. et data est *Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadragesimo quinquagesimo septimo*, octavo *Idus Augusti Pontificatus Anno Tertio*. Ad quem annum illam etiam refert *Odor. Raynaldus* in *Annal. Eccl. n. 73.*

II. fol. 6. Sequitur: *Tractatus de instinctibus spirituum. M. H. de Hassia*. Initium: *Semen cecidit in terram bonam* &c. *Licet verbum propositum exponatur per christum de semine verbi* &c. Peccat inscriptio; *Tractatus enim ad Henr. de Vrimarya Eremitam* Aug. pertinet. Vide *Codd. XC.* et alios in *Indice. Henr. de Hassia de Discretionem Spirituum* scripsit; inde confusio.

III. fol. 13. *Sermones* II. habiti ad Clerum. Prior in illud: *Iacta cogitatum tuum in Domino*. De mente ad Deum elevanda, hoc initio: *Hec verba sancta mater ecclesia cantat in officio misse die hodierna* &c. Alter in illud: *Dispone domui tue quia morieris* &c. hoc initio: *Carissimi Fratres ad elicendum ex premissis verbis aliqua* &c. Verum hic integer non est in hoc *Cod.* Ex alio tamen *Bibliothecae nostrae* integrum edidit *Herm. von der Hardt T. V. Concil. Constant. p. 115.* ubi *Jacobo Episcopo Laudensi* tribuitur habitus

tus